



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vera Sapientia**

**Pinamonti, Giovanni Pietro  
Segneri, Paolo**

**Coloniae, Anno M.D.CCVI.**

**VD18 12664146**

Post sexcenta beneficia à Deo accepta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50782](#)

rum, consilium meum audi, de loco  
saltēm circumspice, quo Deum fallas,  
alias enim, ecquomodo satis animiti-  
bi erit, patrandi in præsentia Dei, pec-  
catorum vindicis, in oculis illius mun-  
dissimis; quomodo, inquam, animus  
tibi erit, patrandi flagitia illa, quæ mē  
præsente non auderes? aut minus for-  
san est peccare inspectante Deo?

## PUNCTUM II.

Tempus.

*Cum dilexisset suos. Joann. 13. 1.*

II. Considera nunc etiam tempus,  
**C**quo Deum offendisti. Postquam  
nempe per sacrum baptisma in filium  
te adoptavit, postquam vitam pro te  
& sanguinem dedit, quod tu non am-  
plius peccares; Post hæc tantaque  
motiva ipsum porrò non offendendi,  
offendisti tamen. Creavit te Deus ex  
mera sua bonitate, è tot millibus te  
elegit, qui, si fuissent conditi, ipsum  
fortè nunquam offendissent: creavit  
te in patria Christiana, ubi cum ma-  
terno lacte sanæ fidei doctrinam hau-  
sistī, conservat te modò per momenta,

pro-

provideret tibi de victu, vestitu; & habitatione; ex nutu ipsius, non tantum res creatæ te inferiores, sed ipsi etiam Angeli, cœlestis aulæ proceres, tuis allaborant obsequiis; tot tibi insuper immittit salubres animi motiones, tot periculis servat immunem, tot ultrò condonat supplicia, tui causâ omnem profudit sanguinem, tuæmet vitæ prodigus: tibi Corpus suum in sanctissimo Eucharistia epulo præbet in cibum, tibi omnes gratiæ suæ thesauros, tibi æternam paradisi felicitatem destinat, te perpetuo cogitat, te gestat in sinu, lacrâtque uberibus suis. Atque hoc ipso tempore, quo tot tibi beneficia, quot momenta dispensantur, tu benefactorem tuum omnium maximâ afficis injuriâ, rabidos dentes infigis illis; ut ita dicam, uberibus, quibus vitam sugis. Crediderim ago, feras ipsas rubore ac verecundiâ suffundendas, si illarum quæpiam ingratitudine par esset peccatori:

PUN